

genuis. Illaque omnia et singula eis et eorum  
 cuiuslibet iisdemque auctoritate et tenore simili-  
 liter perpetuò extendimus, eisque communi-  
 camus. &c. Non obstantibus premissis, et de  
 non expediendis literis super Indulgentijs  
 ad instar, ac pię memorię Bonifacij Pape. 8.  
 etiam predecessoris nostri de vna, et Concilij  
 Generalis edita de duabus dietis, alijsq; Apo-  
 stolicis, ac in Prouincialibus et Synodalibus  
 Concilijs editis, generalibus, vel specialibus  
 constitutionibus, et ordinationibus, ac quo-  
 rumuis Ordinum congregationibus, Monaste-  
 riorum, et regularium, locorum prefatorum,  
 etiam iuramento confirmatione Apostolica,  
 vel quavis firmitate alia roboratis, statutis,  
 consuetudinibus, declarationibus, et inhibi-  
 tionibus, priuilegijs quoque, et literis Apo-  
 stolicis etiam Legatis Nuntijs et Ordinarijs  
 ac Ordinibus prefatis eorumque Superioribus  
 et personis sub quibuscunque tenoribus et  
 formis etiam in fundatione vel dotatione ob-  
 tentis. &c.

¶ Hoc priuilegium authenticum se vi-  
 disse asserit Pater Emanuel. Tom. 1. qq. 9. 55.  
 art. 7. et quia aliam similem non inuenit pri-  
 uilegiorum communicationem eam suo operi